AUTHOR:

KRUEGER, GUSTAVUS

TITLE:

L. APULEI MADAURENSIS FLORIDORUM...

PLACE:

BERLIN

DATE:

1865

Master Negative #

93-81292-26

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/SAVE  Books      FUL/BIB   NYCG93-B2084          Acquisitions     NYCG-NEH
Record 1 of 0 - SAVE record
UNI
  ID:NYCG93-B2084              RTYP:a    ST:s    FRN:   MS:   EL:     AD:03-09-93
  CC:9668  BLT:am      DCF:?   CSC:?    MOD:     SNR:       ATC:        UD:03-09-93
  CP:gw      L:lat     INT:?   GPC:?    BIO:?    FIC:?      CON:???
  PC:s       PD:1865/          REP:?    CPI:?    FSI:?      ILC:????   II:?
  MMD:       OR:    POL:     DM:     RR:         COL:       EML:       GEN:   BSE:
  040      NNC‡cNNC
  100 1    Krueger, Gustavus.
  245 10   L. Apulei Madaurensis floridorum‡h[microform]...‡c...supersunt Gustavu
         s Krueger.
  260      Berlin,‡bDruck von Gebr. Unger (C. Unger), Konigl. Hofbuchdrucker,‡c18
         65.
  300      39 p.
  LDG      ORIG
  QD       03-09-93
```

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 14x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 4/16/93 INITIALS Emil

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

Jahresbericht

über das

Königl. Joachimsthalsche Gymnasium,

womit zu der

am 4. October stattfindenden öffentlichen Prüfung

ergebenst einladet

Dr. F. G. KIESSLING,
Provinzialschulrath und Director.

Vorausgeschickt ist

L. Apulei Madaurensis floridorum quae supersunt

Gustavus Krueger
ph. dr. in gymnasio regio Ioachimico adiunctus

ad codices Florentinos denuo collatos recensuit.

Berlin.
Druck von Gebr. Unger (C. Unger), Königl. Hofbuchdrucker.
1865.

L. Apuleius Madaurensis postquam Athenis philosophorum scholis per aliquot annos interfuit, diuturna itinera fecit eo potissimum consilio commotus, ut res physicas, quae Antoninorum saeculo ab omnibus philosophorum sectis summo studio colebantur, etiam in terris remotioribus exploraret et pervestigaret. eodem fere tempore ex consuetudine aetatis illius valde superstitiosae permultis mysteriis initiatus haud ita multo post Romae totum se dedit arti rhetoricae, qua quantum profecerit in Africam reversus, hodie paucae tantum testantur reliquiae. atque praeclarissimum quidem eloquentiae Apuleianae specimen procul dubio est illa 'apologia', qua contra crimen magiae coram iudicibus se defendit: tum, qualis fuerit orator *ἐπιδεικτικός*, ex opusculis intellegi potest, quae 'liber de deo Socratis' inscribuntur et 'floridorum libri quattuor'. attamen ut illum librum orationem esse constat ab Apuleio aliquando publice habitam, ita de Floridorum consilio magna inter viros doctos est dissensio. nolo hoc loco omnium omnes hariolationes recoquere et refutare[1]): via ac ratione praestat pro virili parte investigare, quid sibi velint Florida. respiciamus igitur Floridorum non solum argumentum et genus dicendi, sed universam Apulei *πολυμαθίαν* et *πολυγραφίαν*.

Egregie, ut solet, de hac re disseruit Otto Iahnius *(act. societat. literar. Saxon. a. MDCCCL. pag. 282 sqq.)*, quippe qui plurima scripta Apuleiana nexu quo-

---

[1]) Vide sis conspectum a Bosscha compositum in editione Oudendorpiana vol. II, pag. 1. adde quae profert Bernhardy *Grundr. d. röm. Liter. pag. 727, 730 sq.* et *Grundr. d. griech. Liter. I § 84, 4, pag. 595.*

dam encyclopaedico olim coniuncta fuisse recte ratiocinatus primus vestigia detexerit artis alicuius rhetoricae ab oratore illo celebratissimo conscriptae. cuius artis hodie ne literula quidem superest: eiusmodi tamen libellum annexum fuisse libro 'περὶ ἑρμηνείας', qui falso inscribitur 'liber tertius de dogmate Platonis', huius ipsius exordium reddit veri simillimum: *studium sapientiae, quam philosophiam vocamus, plerisque videtur tres species seu partes habere: naturalem, moralem, et de qua nunc dicere proposui, rationalem, qua continetur ars disserendi. sed cum disseramus de oratione, cuius variae species sunt, ut imperandi vel narrandi, mandandi, succensendi, optandi, vovendi, irascendi, odiendi, invidendi, favendi, miserandi, admirandi, contemnendi, obiurgandi, poenitendi, deplorandi, tum voluptatem afferendi, tum metum incutiendi — in quibus oratoris excellentis est lata anguste, angusta late, vulgata decenter* (?), *nova usitate, usitata nove proferre* (?), *extenuare magna, maxima e minimis posse efficere aliaque id genus plurima —: est una inter has ad propositum potissima, quae pronuntiabilis appellatur.* in hac autem arte rhetorica dubium non est quin Apuleius tria illa genera dicendi persecutus sit, quae Quintilianus his verbis descripsit XII 10, 58: *altera est divisio, quae in tres partes et ipsa discedit, qua discerni posse etiam recte dicendi genera inter se videntur. namque unum subtile, quod ἰσχνόν vocant, alterum grande atque robustum, quod ἁδρόν dicunt, constituunt: tertium alii medium ex duobus, alii floridum (namque id ἀνθηρόν appellant) addiderunt. quorum tamen ea fere ratio est, ut primum docendi, secundum movendi, tertium illud utrocunque nomine delectandi sive conciliandi praestare videatur officium, in docendo autem acumen, in conciliando lenitas, in movendo vis exigi videatur. itaque illo subtili praecipue ratio narrandi probandique consistet, sed quod etiam detractis ceteris virtutibus suo genere plenum. medius hic modus et translationibus crebrior et figuris erit iucundior, egressionibus amoenus, compositione aptus, sententiis dulcis, lenior tamen ut amnis lucidus quidem sed virentibus utrinque sepibus inumbratus*[1]). iam vide

[1]) Similiter Macrobius *(saturn. V 1, 5)* dicit: *oratorum non simplex nec una natura est, sed hic fluit et redundat, contra ille breviter et circumcise dicere adfectat: tenuis quidam et siccus et sobrius amat quandam dicendi frugalitatem, alius pingui et luculenta et florida oratione lascivit. in qua tanta omnium dissimilitudine unus omnino Vergilius invenitur, qui eloquentiam ex omni genere conflaverit. respondit Avienus: apertius vellem me has diversitates sub personarum exemplis doceres. quattuor sunt,*

modo, hanc floridi dicendi generis descriptionem optime illustrari elocutione in Floridis conspicua, itemque Apuleium oratorem esse ἐπιδεικτικόν, cuius sit auditores magis delectare sive conciliare, quam docere et movere. quae cum ita sint, nonne adducimur, ut statuamus, declamationes, quas pro more rhetorum illius saeculi huc illuc profectus Apuleius publice habuerat, non ab aliquo grammatico, sed ab ipso auctore collectas et Florida inscriptas esse ad floridum dicendi genus, quod in arte illa rhetorica descripserat, usu illustrandum?[1]) ceterum grammaticorum neglegentiae, qua ex Floridorum collectione eas res excerpserunt, quae maxime videbantur memorabiles, sine ulla dubitatione tribuendum est, quod Florida fragmenta sunt valde disturbata.

Frustra his fragmentis in aliquem ordinem redigendis operam dedit Vincentius Contarenus, qui de quattuor Floridorum libris hanc sibi informavit sententiam[2]): *quod vulgo initium faciunt quarti libri, nihil est aliud, quam prooemium, quo usus est Apuleius publice dialogum recitaturus et carmina a se graece et latine in Aesculapium scripta, quae ab eo edita si extarent hodie, non dubito, quin eis liceret per hos censores ferre suffragium in floridorum tribu, ut pes et caput, ut ille ait, uni formae conveniret. primus et secundus liber et quarti finis membra sunt unius orationis bene longae: tertius gratiarum actio pro statua, quam sibi absenti Carthagi-*

inquit Eusebius, genera dicendi: copiosum, in quo Cicero dominatur, breve, in quo Salustius regnat, siccum, quod Frontoni ascribitur, pingue et floridum, in quo Plinius Secundus quondam et nunc nullo veterum minor noster Symmachus luxuriatur. sed apud unum Maronem haec quattuor genera reperies. in eis quae secuntur floridum Vergili genus dicendi illustratur versibus Aeneid. XI 768—774. idem genus Saleius Bassus poeta in carmine ad Pisonem his versibus describit: *dulcia seu mavis liquidoque fluentia cursu | verba nec incluso, sed aperto pingere flore, | inclita Nectorei cedit tibi gratia mellis (poet. latin. min. ed. Wernsdorf. IIII pag. 249).* cum verbis Quintiliani et Macrobi comparare iuvat, quae de eisdem dicendi generibus profert Fortunatianus *(art. rhetor. III, 9: rhetor. latin. min. ed. Halm. pag. 126).* praeterea cf. *Ernesti, lexic. technol. latin. et graec. rhetor. s. v.* flos *et* ἄνθος et *Volkmanni Hermagoras pag. 317—321.*

[1]) Careo quidem exemplis aliunde petitis, quibus vocem 'florida' comprobem hoc sensu a rhetoribus latinis usurpatam esse: sed carent exemplis et ipsi illi, quibus 'florida' significare videntur 'ἀνθηρά vel χρήσιμα excerpta' ex dissertationibus ab Apuleio habitis. nam quod Wowerus dixit aliquod poemation ex integro poemate concinnatum ab excerptoribus inscriptum esse 'floridum de qualitate vitae', id nihili est, quoniam illorum versuum auctor est Florus quidam poeta falso Floridus in uno codice appellatus. cf. *poet. latin. min. ed. Wernsdorf. III pag. 451* et *pag. 483—488* et *Iahn. praefat. ad Flor. pag. XL.*

[2]) *Variarum lectionum liber. MDCCLIIII. pag. 18—26.*

nienses decreverant. ex Floridorum igitur farragine tres Apulei orationes Contarenus restituere sibi videtur, secundam ratus in hunc modum fuisse tripartitam:

I

pag. 1, 1:	ut ferme religiosis . . .	disertius maledicat: .	*pag. 8, 16*
— *8, 17:*	hic enim plus tibi debet .	temere usurpare: . .	— *9, 2*
— *14, 5:*	patitur enim quod qui . .	sterilis est:	— *14, 10*
— *14, 11:*	psittacus auis Indiae . .	remittendus est: . .	— *15, 12*
— *9, 3:*	si quis forte	accuratius disputabo: .	— *10, 12*

II

pag. 10, 13:	et Hippias e numero . .	reuersurus est: . . .	*pag. 13, 15*
— *15, 13:*	non enim mihi philosophia .	omnicana:	— *15, 20*
— *32, 14:*	Asclepiades ille:	Camena togatorum: .	— *34, 13*
— *16, 12:*	Samos Icario in mari . .	testimonium consecutus:	— *19, 21*

III

pag. 34, 14:	habet interdum	efficit condicione: . .	*pag. 36, 13*
— *15, 21:*	haec atque id genus. . .	secreto defendisset: .	— *16, 11*

(orationis finis desideratur)

Quod Contareno non contigit, ut Floridorum fragmenta conglutinaret, idem alii frustra temptaverunt, nisi forte Florido vicesimo secundo subiungenda sunt, quae de Cratete extant in frusto decimo quarto.

Sed tamen, qualiscunque hodierna est Floridorum condicio, inter Apulei scripta haud ultimum locum tenent cum propter res in illis tractatas, tum propter elocutionem. nam praeterquam quod illustrant, quale fuerit Apulei aetate floridum dicendi genus, haec Florida ab Apologia leviter tantum affecta illa turgido scriptorum Africorum dicendi genere transitum quodam modo parant ad Metamorphoseon libros tam versicolores, ut Apuleius '*modo cum Cicerone, Caesare, Livio et similibus, modo cum Euandri matre loqui videatur*' [1]).

[1]) Sunt verba Ruhnkeni in praefatione volumini primo editionis Oudendorpianae praefixa. — placet hoc loco in memoriam revocare nitidissimum illud epimythion, quod Lobeckius *(paralipom. gr. gr. I. praef. pag. VII—XI)* finxit Apulei Floridis se repperisse subscriptum.

Haec hactenus. paucis defungi licet de consilio editionis meae, cum in Floridis recensendis prorsus easdem leges secutus sim, quas adhibui in Apologiae sive libri de magia editione proximo anno apud Weidmannos publici iuris facta. praeterea libri manu scripti, quibus in Apologia emendanda instructus eram, ne nunc quidem mihi defuerunt. etenim praesto fuit exemplar Monacense editionis Vicentinae a Carolo Halmio liberaliter iterum transmissum, cuius margini Petrus Victorius lectiones codicis alicuius olim Florentini, hodie vero nescio quo loco latentis anno MDXXI adspersit. tum a Guilelmo Studemundo facile impetravi, ut hac aestate codices Laurentianos LXVIII 2 et XXVIIII 2 in meum usum conferret: quod quanta diligentia vir officiosissimus perfecerit, apparatus criticus quem exhibui testis est, opinor, luculentissimus. neque enim satis habuit utrumque codicem cum pulvisculo, ut aiunt, excussisse, sed, quotquot locis lectiones inter se discrepant, iterum utrumque inspexit, excepto solo Floridorum libro primo, quem quominus curis secundis pertractaret, oculorum morbo impeditus est.

Fundamentum nactus tam firmum nihil antiquius habui, quam ut adiecto apparatu critico imaginem codicum Florentinorum repraesentarem quam accuratissimam, ne orthographicis quidem discrepantiis praetermissis. denique Iosephi Scaligeri et Claudi Salmasi emendationes Bethmanni bibliothecae Guelferbytanae praefecti humanitas mihi concessit, ut ex editionibus illis Vulcanianis haurirem, de quibus quid iudicandum sit, in praefatione exposui Apologiae editioni meae praefixa.

Scripsi pridie kal. Septembr. a. MDCCCLXV.

F: *codex Laurentianus* LXVIII 2.
Fa: *prima manus.*
Fb: *secunda manus.*
Fc: *tertia manus.*
φ: *codex Laurentianus* XXVIIII 2.
φα: *prima manus.*
φβ: *secunda manus.*
φγ: *tertia manus.*
V: *codex Victorianus.*
v: *editio Vicentina a.* MCCCCLXXXVIII.
ς: *lectio vulgata.*
||: *finis columnarum codicis* F.
|: *finis columnarum codicis* φ.

(p. 2) Vt ferme religiosis uiantium moris est, cum aliqui lucus aut aliqui locus sanctus I
(3) in uia oblatus est, uotum postulare, pomum adponere, paulisper adsidere: ita mihi ingresso sanctissimam istam ciuitatem, quanquam oppido festine*m*, praefanda uenia
(4) et habenda oratio et inhibenda properatio est. neque enim iustius religiosam moram uiatori obiecerit aut ara floribus redimita aut spelunca frondibus inumbrata aut quercus cornibus onerata aut fagus pellibus coronata, uel enim colliculus sepimine consecratus
(5) uel truncus dolamine effigiatus uel cespes libamine fumigatus uel lapis unguine de-
(6) libutus. parua haec quippe et quanquam paucis percontantibus adorata, tamen ignorantibus transcursa.

* * * At non itidem maior meus Socrates, qui cum decorum adulescentem et II diutule tacentem conspicatus foret: 'ut te uideam', inquit, 'aliquid eloquere'. scilicet

FLORIDORVM LIBER I *add.* Fb *in spatio a* Fa *relicto*, APVLEI PLATONICI FLORIDORVM lib' I φα, FLORIDORVM LIBER PRIMVS INCIPIT v.

1 religiosi *Becichemius epist. 96* || aliqui^{s} φβ || aliqui^{s} φβ: alius *Stewechius* || 2 inuia Fa || uotum] ueniam *Fulvius*, portum *Rutgersius* || *post* pomum *in* φ *lacuna viginti fere literarum*: uotum *Fulvius*, donum *Lipsius*, sertum *Becichemius*, seruiam *G. Vossius*, pothon *Gronovius*, preces *Rycquius*, fertum *vel* fortum *vel* ferctum *Th. Sellius et Oudendorpius* || apponere φα || assidere φβ || 3 quamquam φv || festine Fφv: festinem *Oudendorpius*, festini *Lipsius (cf. Nonius p. 328 R. et comic. lat rell. p. 127 Ribb.)*, festino *Fruterius* || 5 ob^{i}ecerit Fa || aut] au φ || frondibus φβ, floribus FφαV: uepribus inumbrata *Hildebrandius* || 6 cornibus honorata *Scottus*, coronis ornata *Fulvius* || enim] etiam ς: leui *Lipsius*, leni *nescio quis* || consertus *vel* conseratus *Stewechius*, conseptus *Marcilius* || 7 umigatus Faφα, fumigatus Fbφβ, humigatus v || 8 parua] pauca *Fulvius* || quamquam φv || percunctantibus *Scriverius* || adora^{ta} F || 10 mei *Sopingius* || adolescentem φv || 11 eloquere ς, & loquere F, loquere φ, et loquere V ||

f. 184a. f. 73b. Ed. Oudend.

Socrates tacentem hominem non uidebat: etenim arbitrabatur homines non oculorum sed mentis acie et animi obtutu considerandos. nec ista re cum Plautino milite congruebat, qui ita ait:

pluris est oculatus testis unus quam auriti decem.

immo enimuero hunc uersum ille ad examinandos homines conuerteret:

pluris est auritus testis unus quam oculati decem.

ceterum si magis pollerent oculorum quam animi iudicia, profecto de sapientia foret (7) aquilae concedendum. homines enim neque longule dissita neque proxume adsita possumus || cernere, uerum omnes quodam modo caecutimus: ac si ad oculos et obtutum istum terrenum redigas et hebetem, profecto uerissime poeta egregius dixit, uelut nebulam nobis ob oculos effusam, nec cernere nos nisi intra lapidis iactum ualere. aquila enimuero cum se nubium tenus altissime sublimauit euecta alis totum istud spatium, qua pluitur et ninguitur, ultra quod cacumen nec fulmini nec fulguri (8) locus est, in ipso, ut ita dixerim, solo aetheris et fastigio hiemis: cum igitur eo sese aquila extulit, nutu clementi laeuorsum uel dextrorsum tanta mole corporis labitur, uelificatas alas quo libuit aduertens modico caudae gubernaculo, inde cuncta despiciens, ibidem pinnarum eminus indefessa remigio ac paulisper cunctabundo uolatu paene eodem loco pendula circumtuetur et quaerit, quorsus potissimum in praedam superne sese ruat fulminis uicem, de caelo inprouisa simul campis pecua simul mon- (9)

4 Plaut. Trucul. II 6, 8.
10 Hom. Il. Γ 12.

1 abi[r]trabatur φβ || 2 Plau[ti]nomi lite F || 5 immo] inuno φ || exanimandos F*(factum ex examman-dos, ut videtur)*, conuerterat ad ex*(rasura unius vel duarum literarum)*[in φβ]amandos homines φα || conuerteret *Scaliger*: conuerterat Fφv: conuerterit *Fruterius* || 7 caeterum v || 8 aquile φ || proxime φv || 9 quoddam modo F, qu*odā* modo φβ *in rasura* || cecu*(rasura in qua s fuit)*timus F, cecutimus φV, caeci sumus ς || ac] haec *vel* ea *vel* hoc *Hildebrandius* || ad oculos et] oculos ad *Groslotius* || optutum Fφα, obtutum φβ, ob tutum v || 10 diregas *vel* dirigas *Marcilius* || poet*a(ex-e factum, ut videtur)* F || aegregius v || 11 oboculos F, ob[ante φβ] oculos φα || offusam ς || 12 sublimabit Faφ, sublimauit Fbv || 13 nec *f*ulmin*i* Fb *in rasura* || 14 uita Fa, ut ita Fbφv || solo] polo *vir d.* || etheris φ || solio aetherio et fastigio ignis *vir d.* || 15 se se φ || nutu] natatu *Heinsius*, nisu *vir d.* || elementi v || leuorsum Fφv || tanta] tota *Stewechius* || 16 caude φv || gurbernaculo F || 17 *fortasse* itidem || pennarum φα, pinnarum Fφβv || eminus *secludendum videtur* || remigio *Scaliger*: remigia Fφv || pinnaminis indefesso remigio *Groslotius*, et inhibens pinnarum eminularum ceu defessa remigia *Heinsius*, innitensque pinnarum eminus indefessa remigio *Oudendorpius* || contabundo v || 18 pene φv || querit φv || 19 supernę F || se seruat F, se *p*ruat φβ *in rasura*: sese proruat *Scriverius* || uicē Fφα, uice φβ *(post rasuram)*, uicem V || cęlo F, celo φ, caelo v || īprouisa φ ||

Ed. Oudend. f. 184a. f. 73b.

tibus feras simul | homines urbibus uno obtutu sub eodem impetu cernens, unde rostro f. 74a. transfodiat, unde unguibus inuncet uel agnum incuriosum uel leporem meticulosum uel quodcunque esui animatum uel laniatu*i* fors obtulit.

(10) Hyagnis fuit, ut fando accepimus, Marsyae tibicinis pater et magister, rudibus III adhuc musicae saeculis, solus ante alios c*a*tus canere, nondum quidem tam in*flexo* anima*e* sono nec tam pluriformi modo nec tam multiforatili tibia: quippe adhuc ars (11) ista repertu nouo commodum oriebatur. nec quicquam omnium est quod possit in primordio sui perfici, sed in omnibus ferme ante est spei rudimentum quam rei experimentum. prorsus igitur ante Hyagnin nihil aliud plerique callebant, quam Vergilianus upilio seu busequa:

stridenti miserum stipula disperdere carmen.

quod si quis uidebatur paulo largius in arte || promouisse, ei quoque tamen mos fuit f. 184b. una tibia uelut una tuba personare. primus Hyagnis in canendo manus discapedinauit, primus duas tibias uno spiritu animauit, primus laeuis et dexteris foraminibus acuto tinnitu et graui bombo concentum musicum miscuit. eo genitus Marsyas (12) cum in artificio patrissaret tibicinii, Phryx cetera et barbarus, uultu ferino, trux, hispidus, inlutibarbus, spinis et pilis obsitus fertur — pro nefas — cum Apolline

11 Verg. ecl. III 27.

1 urbibus homines *Oudendorpius* || optutu Fφ || subeodem F || 2 tranfodiat F || curiosum *Beroaldus (cf. Plaut. aulul. III 6, 27)* || 3 quodcūque Fφv || aīatum Fφ, animatum v: inanimatum *Colvius*, animantum *Floridus*, animatum esui *Scriverius* || laniatui *Dousa*: laniatū fors obtulit F, l. f. optulit φv, f. obtulit laniatum ς: alatum uel lanatum *Schikeradius* ||

4 Hiagnis Fφβ *(in ras.)* v || Marsie Fφ, Marsiae v || 5 musice φ || sęculis F, seculis φ || solus] solitus *Colvius*, solers *Lipsius* || catus *Colvius*: cantus Fφv || inflexo animae *scripsi (cf. Cic. or. 17, 57 et de or. II 46, 193)*: infexa anīa F, infixa anima φ, infexa anima v, infessa anima ς: inflexa anima *Colvius*, infixo animo *Wowerus*, inflexa animae *Becichemius*, flexanimo *Lipsius*, inflexanimo *Brantius*, indefessae animae *Scriverius*, inflexae animae *Oudendorpius* || 6 tam F, tamen φ, tam v || *post* pluriformi *in* F *rasura, in qua s fuisse videtur* || tam̄ F, tamen φ, tam v || tybia F || arę[s] F || 7 posit Fa, possit Fb || 8 ferme *om.* φα, *add.* φβ || ante φ *post unam literam erasam* || 9 Hiagni Fφ, Hiagnin V || nichil Fφ || canebant *Lipsius* || Vergilianus FφV || 10 hupilio Fa, opilio Fb, upilio φβ *(in ras.)* V || busequa Fa, bussequa Fb, busequa φ *(supra lineam una litera erasa)* V *(cf. apolog. p. 16, 6)* || 12 quod siquis Fφv || longius *Scioppius* || 13 uelu*t* φ *ex corr.* || Hiags φ, hiagnis v || incanendo F || 14 leuis Fφv || 15 Marsias Fφv || 16 Prhyxcetera F, prhix cetera φ, phryx caetera v || 17 inlutibar[bar (Fb)]bus Fa, *illuti*barbus φβ *in ras.*, multibarbus v || spinis] pannis *vir d.* || proh v ||

f. 184b. f. 74a. Ed. Oudend.

certauisse: teter cum decoro, agrestis cum erudito, belua cum deo. Musae cum Minerua dissimulamenti gratia iudices adstitere, (13) ad deridendam scilicet monstri illius barbariam nec minus ad stoliditatem puniendam. sed Marsyas, quod stultitiae maximum specimen, non intellegens se deridiculo haberi, priusquam tibias occiperet inflare, prius de se et Apolline quaedam deliramenta barbare effutiuit, laudans sese, quod erat et coma relicinus et barba squalidus et pectore hirsutus et arte tibicen et fortuna egenus: contra Apollinem — ridiculum dictu — aduersis uirtutibus culpabat, (14) quod [Apollo] esset et coma intonsus et genis gratus et corpore glabellus et arte multiscius et fortuna opulentus. 'iam primum', inquit, 'crines eius praemulsis antiis et promulsis caproneis anteuentuli et propenduli, corpus totum gratissimum, (15) membra nitida, lingua fatidica, seu tute oratione seu uersibus malis utrobique facundia aequipari. quid quod et uestis textu tenuis, tactu mollis, purpura radians? quid quod et lyra eius | auro fulgurat, ebore candicat, gemmis uariegat? quid quod et doctissime et gratissime cantillat'? haec omnia, inquit, blandimenta nequaquam (16) uirtuti decora, sed luxuriae accommodata: contra corporis sui qualitatem prae se maximam speciem ostentare. risere Musae, cum audirent hoc genus crimina sapienti exoptanda || Apollini obiectata, et tibicinem illum certamine superatum uelut ursum bipedem corio execto nudis et laceris uisceribus reliquerunt. ita Marsyas in poenam cecinit et cecidit. enimuero Apollinem tam humilis uictoriae puditum est.

IIII Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis uoculae melleus modulator et idem (17)

1 concanuisse *Colvius* || aeser F *(post unam literam erasam)* V, teter φβ *in ras.*, Thersites ς || sus cum Minerua ς *(cf. Theocr. V 23)*: cum Minerua Musae *Oudendorpius* || 2 delectamenti *Vulcanius* || astitere φv || 3 barbariē φ || pęniendam F || Marsias φv || 4 intelligens φ || tibyas v || 5 *post* inflare *in* F *una litera erasa (fortasse* s*)*, inflare. φα, inflare φβ || effuttiuit Fφ || 6 *post* barba *in* F *rasura, in qua* s *fuisse videtur* || 7 fortunę genas Fa, fortuna egenạs Fb, fortuna egens φβ *in ras.* (egenas? φα)' f. egenus v || 8 Apollo *seclusi* || set genis F *et* φ *ante rasuram*, et genis φ *post rasuram* || 9 pmulsis F: praemissis *Colvius*, promissis *Lipsius*, remulsis *Salmasius* || 10 et *ante* promulsis *om.* v || anteuentuli ς, anteuentili FV, anteuentili φβ *ex corr.* || 11 membra φ || tute] soluta *Heinsius* || utrobique F *(fortasse ex corr.)* || 12 aequiparari ς || molis F || 13 lira φ || fulgurât φ || candiḍat (c *supra*) F, candicat φ, candidat v *(cf. Solin. p. 200, 9 Momms.)* || uariegatur *Heinsius* || 14 cantilat Fφv || 15 sed] se̲ φ || *post* accommodata *interpungendum est* || contra] intra ς: citra *Floridus*, circa *Vulcanius* || squalitatem *Brantius* || prae se] prạ ese φ: per se *Contarenus* || 16 spēm φ || 17 obiectanda *Colvius*, obtrectata *Brantius* || *post* tibicinem *in* F *rasura, in qua interpunctionis aliquod signum fuit* || 18 exsecto ς || Marsias ita φ, ita marsias v || pēnam F, penam φv: poena *Vulcanius* || 19 cecinit Fa *(fuerat* cecidit *)* φV || cecidit FV, cecinit (cecidit *supra*) φβ *in ras.* ||

1 uoculae] notulae *Glareanus* ||

Ed. Oudend. f. 184b. f. 74a.

omnimodis peritus modificator, seu tu uelles Aeolion simplex seu *Iastium* uarium seu Lydium querulum seu Phrygium religiosum seu Dorium bellicosum. is igitur cum esset in tibicinio adprime nobilis, nihil aeque se laborare et animo angi et (18) mente dicebat, quam quod monumentarii ceraulae tibicines dicerentur. sed ferret aequo animo hanc nominum communionem, si mimos spectauisset: animaduerteret illic paene simili purpura alios praesidere, alios uapulare: itidem si munera nostra spectaret: nam illic quoque uideret hominem praesidere, hominem depugnare, togam quoque parari et uoto et funeri, item pallio cadauera operiri et philosophos amiciri.

V * * * Bono enim studio in theatrum conuenistis, ut qui sciatis, non locum auctoritatem orationi derogare, sed cum primis hoc spectandum esse, quid in theatro deprehendas. nam si mimus est, riseris, si funerepus, timueris, si comoed*us* est, faueris, si philosophus, didiceris.

VI (19) Indi, gens populosa cultoribus et finibus maxima, procul a nobis ad orientem siti, prope oceani reflexus et solis exortus, primis sideribus, ultimis terris, super Aegyptios eruditos et Iudaeos superstitiosos et Nabathaeos mercatores et fluxos uestium Arsacidas et frugum pauperes Ityraeos et odorum diuites Arabas: eorum igitur Indorum non aeque miror eboris strues et piperis messes et cinnami merce*des* et ferri temperacula et argenti metalla et auri fluenta, || nec quod Ganges apud eos unus f. 185a. omnium amnium maximus

1 omnis modi *Salmasius*, omnibus modis *Oudendorpius* || *verba* seu tu uelles eolion *in* φα *coniuncta recte distinxit in margine* φγ || ęolion F || siue F || Iastium *Glareanus (cf. Mart. Capell. VIIII §. 935, p. 729 K.)*: Asii *(fortasse* Asiu*)* F, asii φ, Asium v: Iasium *Berkelius* || 2 Lidium Fφ || quęrulum F, quaerulum v || Phrygium] phịrịogiū φα (φγ *in margine*: c.coricū (e *supra*)) || Antigenidas *post* igitur *add.* ς || 3 intybicinio F || atprime FV, adprime φ || nichil Fφ || 4 quā *in* F *supra scriptum* || momentarii ς || sed] se̲ φ *(sic ubique)* || 5 cōionem φ || 6 uestra ς ||

9 autoritatem v || 10 derogare oratori ς: auctoritati d. orationis *Rycquius* || speculandum? *Oudendorpius* || 11 funere plus Fa, funereus plus Fb φα (funerepus φγ *in marg.*), funere plus v: funerepus *Modius (cf. flor. XVIII init.)*, funirepus *Tollius*, funepeus *Beroaldus*, funereptus *Pithoeus* || comoedus *Modius*: comoedia Fφv ||

14 sitis φα, siti φβ || refluxus *Lindenbrogius* || siderebus F: primi s., ultimi t. *Marklandius* || 15 egiptios φ || iud'os φ || Nabatheos Fφv || 16 sityręos F *ante rasuram*, ityręos F *post rasuram*, Itireos φ, ¡tyręos V, Scythicos ς || 17 cynnami F || mercedes *scripsi (cf. Cic. ad Att. XV 20, 4 et de fin. II 26, 85)*: merces Fφv: mergites *Zippmannus amicus* || 18 unus *om.* ς || 19 āniū φβ *in ras.*, annium v ||

eois regnator aquis in flumina centum
discurrit, centum ualles illi oraque centum,
oceanique fretis centeno iungitur amni, (20)

f. 74 b. nec quod iisdem Indis | ibidem sitis ad nascentem diem tamen in corpore color noctis est, nec quod apud illos immensi dracones cum immanibus elephantis pari periculo in mutuam perniciem concertant: quippe lubrico uolumine indepti reuinciunt, et illis expedire gressum nequeuntibus uel omnino abrumpere tenacissimorum serpentium squameas pedicas necesse *fit* ultionem a ruina molis suae petere ac retentores suos toto corpore oblidere. sunt apud illos et uaria colentium genera. libentius ego de miraculis hominum quam naturae disseruerim. est apud illos genus, qui nihil amplius quam bubulcitare nouere, ide*o*que ade*o* cognomen illis bubulcis inditum. (21) sunt et mutandis mercibus callidi et obeundis proeliis strenui uel sagittis eminus uel ensibus comminus. est praeterea genus apud illos praestabile: gymnosophistae uocantur. hos ego maxime admiror, quod homines sunt periti non propagandae uitis nec inoculandae arboris nec proscindendi soli: non illi norunt aruum colere uel aurum colare uel equum domare uel taurum subigere uel ouem uel capram tondere uel pascere. quid igitur est? unum pro his omnibus norunt: sapientiam percolunt (22) tam magistri senes quam discipuli iuniores. nec quicquam aeque penes illos laudo, quam quod torporem animi et otium oderunt. igitur ubi mensa posita, priusquam edulia adponantur, omnes adulescentes ex diuersis locis et officiis ad dapem conue-

1 Plin. nat. hist. VI 18, 65.
10—12 Solin. p. 204, 20 Momms.

3 anni v || 4 isdem Fφ, hisdem v || nascentē. F *in rasura, quae casui tribuenda videtur* || 5 q' *factum ex* quod φ || aput Fφα V, apud φβ || īmensi φ || īmanibus φ || ele^ph^antis F || 6 consertant *vel* concurrant *vel* corruant *Modius* || *post* quippe *in* F *rasura duarum literarum* || implexi *Colvius* || 7 et] ut *Floridus* || neq;ꝫtibusFa, nequ^e^ntibus Fb *ex corr.*, nequiūntibus φβ *in ras.*, nequientibus v: nequitantibus *Brantius* || omnino] immo *Sopingius* || 8 fit *Heinsius*: sit Fφv || 9 *verba* sunt apud illos — genera *post* libentius — disseruerim *traicienda sunt* || 10 genus hominum φ || nichil φ || 11 nouerᷓ φ || ideoque adeo cognomen *scripsi*: idque ad cognomen Fφv: ideoque c. *Wowerus*, ideoque ad c. *Scaliger*, ideoque id c. *Rycquius*, idque ideo c. *Bourdelotius*, idque adeo c. *Lipsius*, inde adeo c. *Piccartius*, indeque c. *Hildebrandius* || Bubulci *Bourdelotius* || 12 candidi *Crusius* || p̃liis Fφ, praeliis v || 13 cōminus F, cominus φv || Gimnosophiste φv || 15 inoculandas Fa φ v, inoculande Fb, incolendae *vel* inculcandae ϛ || arboris FV, arbores φ || *post* aruum *in* F *rasura, in qua latet fortasse interpunctio* || aruum] uuam *Oudendorpius* || 16 donare Fa, domare Fb || subicere ϛ || *post* tondere *in* F *parvola rasura* || 18 minores ϛ || apud illos aeque ϛ || 19 quam *om.* φα, *add.* φβ || ocium v || oderᷓ φ || priuspriusquam F || 20 apponantur φ ||

niunt: magistri perrogant, quod factum a lucis ortu ad illud diei bonum fecerint. hic alius se commemorat inter duos arbitrum delectum, sanata simultate, reconciliata gratia, purgata suspitione amicos ex infensis reddidisse: itidem alius sese parentibus quaepiam imperantibus obedisse, et alius aliquid meditatione sua repperisse uel alterius demonstratione didicisse: denique ceteri commemorant**. qui nihil habet adferre cur prandeat, inpransus ad opus foras extruditur.

VII

(23) Alexandro illi, longe omnium excellentissimo regi, cui ex rebus actis et auctis cognomentum magno inditum est, ne uir unicam gloriam adeptus sine laude unquam nominaretur — nam solus condito aeuo, quantum hominum memoria extat, inexuperabili imperio orbis auctus fortuna sua maior fuit, suc|cessusque eius amplissimos et (24) prouocauit ut strenuus et aequiperauit ut meritus et superauit ut melior solusque sine aemulo clarus, adeo ut nemo eius audeat uirtutem uel sperare, fortunam uel optare —, eius igitur Alexandri multa sublimia facinora et praeclara edita fatigaberis admirando uel belli ausa uel domi prouisa, quae omnia adgressus est meus Clemens, eruditissimus et suauissimus poetarum, pulcherrimo carmine inlustrare. sed cum primis Alexandri illud praeclarum, quod imaginem suam, quo certior posteris proderetur, noluit a multis artificibus uulgo contaminari, sed edixit uniuerso orbi suo, ne quis effigiem regis temere adsimularet aere, colore, caelamine: quin saepe solus eam Polycletus aere duceret, solus Apelles coloribus deliniaret, solus Pyrgoteles caelamine (25) excuderet: praeter hos tris multo nobilissimos in suis artificiis si quis uspiam repe-

adulescentes Fa, adolescentes Fb φ v || 1 fecerit Fa φ v, fecerīt Fb || 3 suspicione Fv, suspitione φ || infensi Fa, infensiᒪ Fb *(ut videtur)*, infensius φ, infensis v || 4 quępiam F, quidpiam ϛ || obędisse F || 5 cęteri F, caeteri v || denique ceteri commemorant] *verba lacunosa*: commemorant *delet Tollius* || nichil Fφ || a*dd*ferre F, afferre φ, adofferre v: habeat offerre *Oudendorpius* || 6 īpransus φ, impransus v ||
7 Alexandri illius l. o. excellentissimi regis *Becichemius* || omnium] olim *Colvius* || [cui] *vir d.* || 8 Magnus *vel* Magnum *Oudendorpius* || placuit *post* inditum est *add. Colvius: futilia in eis quae secuntur alii excogitaverunt: anacoluthon est Apuleio haud inusitatum* || 9 a condito aeuo ϛ || hominum memoriae *Heinsius* || inexaequiparabili *Heinsius* || 10 amplissimo F, amplissimus φα, amplissimos φβ || 11 equipauit v || 12 uel sperare uirtutem uel optare fortunam *Becichemius* || 13 edicta *Brantius* || fatigaueris Fa φ v, fatigaberis Fb, c^e^fatigaberis φγ || 14 āmirando φ || aggressus φv || 15 pulcerrimo φ || illustrare φv || cum primus FφV, cum primis ϛ || 18 effigiem φ *ex corr. (ut videtur)* || adsimularet, FaV, assimularet φ || quin saepe] *verba corrupta*: quidni s. *vel* quippeni s. *Stewechius*, quippe *Heinsius*, ipse *Becichemius*, quin [saepe] *Wowerus* || 19 Policlitès Fa, Policletès Fb, Policlitus φα, Policletus φβ, Polycletes V: Lysippus *Elmenhorstius* || Appelles v || delinearet ϛ || Pirgoteles φ || 20 excluderet v: exculperet *vir d.* || hostris, *tum* hostis s Fa, hos tres Fb *in marg.*, hos tris

f. 185 a. f. 74 b. Ed. Oudend.

riretur alius sanctissimae imagini regis manus admolitus, haud secus in eum quam in sacrilegum uindicaturum. eo igitur omnium metu factum, solus Alexander ut f. 185 b. ubique imaginum s*u*us || esset, utque omnibus statuis et tabulis et toreumatibus idem uigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi honoris, eadem forma uiridis iuuen- (26) tae, eadem gratia relicinae frontis cerneretur. quod utinam pari exemplo philosophiae edictum ualeret, ne qui imaginem eius temere adsimular*ent*, uti pauci boni artifices, idem probe eruditi omnifariam sapientiae studium contemplarent, neu rudes, sordidi, imperiti pallio tenus philosophos imitarentur et disciplinam regalem tam ad bene dicendum quam ad bene uiuendum repertam male dicendo et similiter uiuendo contaminarent: quod utrumque scilicet perfacile est. quae enim facilior res quam linguae rabies et uilitas morum, altera ex aliorum contemptu, altera ex sui? nam uiliter semet ipsum colere sui contemptus est, barbare alios insectari audientium (27) contumelia est. an non summam contumeliam uobis imponit, qui uos arbitratur maledictis optimi cuiusque gaudere, qui uos existimat mala et uitiosa uerba non intellegere aut, si intellegatis, boni consulere? quis ex rupiconibus, baiolis, tabernariis tam infans est, ut, si pallium accipere uelit, disertis *non* maledicat?

VIII * * * Hic enim plus tibi debet quam dignitati, quanquam nec haec illi sit cum f. 75 a. aliis promiscua. nam ex innumeris hominibus pauci senatores, ex senatoribus pauci | nobiles genere * * * et ex iis consularibus pauci boni et adhuc ex bonis pauci eru- (28)

φβ *(in ras.)* V || repperiretur Fφ || 2 uindicaturus ς: uindicatum iri *Heinsius* || 3 suus *Pricaeus (cf. Ovid. mett. XIIII 166)*: simus FφV, sumus *vel* summus ς: unus *Fulvius*, sui simillimus *Heinsius*, similis *Floridus*, primus *Burmannus*, imaginissimus (*i. e.* εἰκονικώτατος) *Manganus*, imaginis simillimus *Contarenus* || utique φv || et *ante* tor. *om.* FφV || toreumatibus FaV, toreumatis Fb, toreumatis φ *ex corr. (ut videtur)* || 4 ingenium Fav, ịngenium Fb, ĩgenium φα *(erasit φβ)*, ingenium φγ *in marg.* || honoris] herois *Colvius*, hominis *Oudendorpius* || 5 resillinae *Sopingius*, reclinae frontis *Wowerus* || 6 adsimularent *scripsi*: adsimularet FV, assimularet v || uti] et ut *d'Orleans* || boni pauci φ || 7 idẽ Fφ, iidem v, id est ς || omnifarium *Scriverius* || contemplarent̃ v || 8 filosophos F || imitarent *Hildebrandius* || disciplinae regulam *Scioppius* || 9 simulter *Brantius* || 10 utrũque Fφ, utrunque v || res. ̃. F *(sed ̃. postea additum videtur)*, res est φ, res v || 11 quam] quẽ *vel* quã φα, q^u^m φβ || altera *(bis)*] alt̃ Fa, alt̃^ũ^ Fb, alt̃ φ, alter v, altera *vel* alterum ς || 12 barbare] rabide *Goesius* || 13 an] at φ || 14 optimi cuiusque maledictis φ || 15 intelligere φ || intelligatis φ: uerba int. aut, si non int. *vir d.* || *utrum* baiolis *an* balolis *in* F *sit, incertum* || 16 ut] quin *Fulvius* || disertis ς, disertius FφV || non *add. Wowerus* ||

17 sibi *Colvius* || quã *vel* quẽ φα, q^u^m φβ || quamquam φv || 19 *post* genere *lacunam significavi*: ex nobilibus pauci consules et ex his c. p. b. *Fulvius*, et ex his pauci consulares et ex consularibus p.

Ed. Oudend. f. 185 b. f. 75 a.

diti. sed ut loquar de solo honore, non licet insignia eius uestitu uel calceatu temere usurpare.

Si quis forte in hoc pulcherrimo coetu ex illis inuisoribus meis malign*is* sedet, VIIII quoniam ut in magna ciuitate hoc quoque genus inuenitur, qui meliores obtrectare malint quam imitari, et quorum similitudinem desperent, eorundem adfectent simul- || tatem, scilicet uti qui suo nomine obscuri sunt, meo innotescant: si qui igitur ex (29) illis li*ue*din*e*is splendidissimo huic auditorio uelut quaedam macula se immiscuit, uelim paulisper suos oculos per hunc incredibilem consessum circumferat, contemplatusque frequentiam tantam quanta ante me in auditorio philosophi nunquam uisitata est, reputet cum animo suo, quantum periculum conseruandae existimationis hic adeat, qui contemni non consueuit, cum sit arduum et oppido difficile, uel modicae paucorum expectationi satisfacere: praesertim mihi, cui et ante parta existimatio et uestra de me benigna praesumptio nihil *ne*quicquam sinit [neglegenter] ac de summo pectore hiscere. quis enim uestrum mihi unum soloecismum ignouerit? quis uel unam syllabam barbare pronuntiatam donauerit? quis incondita et uitiosa uerba temere quasi delirantibus oborientia permiserit blaterare? quae tamen aliis facile et sane meritissimo ignoscitis. meum uero unumquodque dictum acriter examinatis, sedulo pensiculatis, ad limam et lineam certam redigitis, cum torno et co- (30) thurno *ad* uerum comparatis. tantum habet uilitas excusationis, dignitas difficultatis. adgnosco igitur difficultatem meam nec deprecor, quin sic existimetis. nec tamen uos parua quaedam et praua similitudo falsos animi habeat, quoniam quaedam,

b. *Gronovius*, ex nobilibus pauci consulares, ex consularibus p. b. *Oudendorpius* || iis F, his φv || paucis v || 1 solo] sapientiae *Fulvius*, heroe *Goesius*, solido *Oudendorpius* || calciatu v ||

3 qui *Oudendorpius* || pulcerrimo φ || exilis F || malignis *scripsi*: malignus Fφv || 4 qm̃ F || ut *om.* v || 5 quã *vel* quẽ φα, q^u^m φβ || affectent φv || 6 siquis φ || 7 liuedineis *Salmasius (Plin. exerc. p. 89)*: libidinis Fφ, libitinis v, bitinis ς: liuidis *Fulvius*, linbidulis *vel* linuidulis *vel* Vatiniis *(cf. Catull. XIIII 3) Colvius*, liuidineis *Gruterus*, libitinariis *Stewechius*, liuedinis *Oudendorpius (cf. mett. VIIII 12)* || splenditissimo v || 8 uel in Fa, uelim FbV, uelim ĩ φ: uelim uelim *Scriverius* || conșsessum φ || circunferat v || 11 contempni φ || 12 *post* expectationi *in* F *una litera erasa,* n *ut videtur* || 13 nichil Fφ || nequicquam *Scaliger*: ñ quicquam Fφ, non quicquam v: non *seclusit Scriverius*, nunc *vel* nihilum quicquam *Hildebrandius* || negligenter φ: indiligenter *Goesius*: *glossema esse videtur verbi* nequicquam || ac (*fuerat* ad) F, *om.* φ: aut *Brantius* || 15 sillabam Fφ || pronunciatam v || 16 blattrare v || qua & amen F, qu*a* tamen φ*(ex corr.)*v, quae tamen ς || 17 facile F *(fortasse ex corr.)* || 18 perpendiculatis *Colvius* || 19 coturno FφV: circino *Becichemius (cf. Propert. III 33, 43)* || ad uerum *G. Vossius (cf. Capitol. vit. Anton. philos. c. 20)*: uerum FφV, iterum ς: uerbum *Goesius*, in uerum *Hildebrandius* || utilitas Fφ, uilitas v || 20 agnosco φv || 21 quoniam] qm̃ F ||

f. 185b. f. 75a. Ed. Oudend.

ut saepe dixi, palliata mendicabula obambulant. praeco *ceu* proconsul et ipse tribunal ascendit et ipse togatus illic uidetur, et quidem perdiu stat aut ambulat aut plerumque contentissime clamitat: enimuero proconsul ipse moderata uoce rarenter et sedens loquitur et plerumque de tabella legit: quippe praeconis uox garrula ministerium est, f. 186a. proconsulis autem || tabella sententia est, quae semel lecta neque (31) augeri littera una neque autem minui potest, sed utcunque recitata est, ita prouinciae instrumento refertur. patior et ipse in meis studiis aliquam pro meo captu similitudinem. nam quodcunque ad uos protuli, exceptum ilico et lectum est, nec reuocare illud nec a*u*tem mutare nec emendare mihi inde quidquam licet. quo | maior religio dicendi habenda est, et quidem non in uno genere studiorum. plura enim mea extant in Camenis quam Hippiae in opificiis operibus. quid istud sit, si animo attendatis, diligentius et accuratius disputabo.

Et Hippias e numero sophistarum est, artium multitudine prior omnibus, elo- (32) quentia nulli secundus: aetas illi cum Socrate, patri*a* Elis, genus ignoratur: gloria uero magna, fortuna modica, sed ingenium nobile, memoria excellens, studia uaria, aemuli multi. uenit Hippias iste quondam certamine Olympio Pisam, non minus cultu uisendus quam elaboratu mirandus. omnia secum quae habebat, nihil eorum emerat, sed suis sibi manibus confecerat, et indumenta, quibus indutus, et calciamenta, quibus erat inductus, et gestamina, quibus erat conspicatus. habebat indutui

1 palleata FV || ceu proconsul *Hildebrandius*: pcos FφV, cum proconsule ϛ || ipse *om.* φα, *add.* φβ || 2 perdius *Pricaeus* || 3 contẽptissime φ || pcos FφV || mod'ata F || 6 aut imminui *Wowerus*, authentico *d'Orleans* || 8 excerptum Fφv, exceptum ϛ || et] ut *Stewechius* || ac dictum est *Fulvius* || 9 autem *Lipsius*: ame Fφ, ante v: inde *Stewechius*, immutare *Vulcanius*, demutare *Brantius* || quicquam φv || 10 est habenda φ || 11 extant mea φ || opificiis *seclusit Vulcanius*, opificis *Hildebrandius*: *erat cum* opicis *conicicbam (cf. Iuv. III 207, VI 455)* || opera ϛ || 12 si *om.* v || ãmo F ||

APVLEI PLATONICI FLORIDORV̄ L̄ĪB̄ · I · eXpłjc · INC̄ĪP̄ · II · F, APVLEII · PLATONICI FLORIDORVM LIBER PRIMVS EXPLICIT · INCIPIT SC̄DS φβ *(non φα, ut videtur)*, FLORIDORVM LIBER SECVNDVS v

13 et Fφ, eı V, ut ϛ: is *Wowerus*, hic *Oudendorpius* || 14 sęcundus F *(ut videtur)* || patria Elis *Antonius Quaerengus*: patrię lis FV, patruel φ, patria uel ϛ: patria et *Wowerus*, patris *Colvius*, patrium *G. Vossius* || 16 uenit Fa*(ante rasuram)*v, Et Fb, ueni φ || Olimpio φv || 17 nichl (i *suprascr.*) F, nichil φ || 18 memorat Fφα, emerat φβ v || 19 insutus ϛ: indutus *Becichemius* || conspicuus ϛ: conseptus *vel* conseptatus *Becichemius*, constipatus *Salmasius*, conspicatui *Oudendorpius* || ĩdutui φβ *in ras.* ||

Ed. Oudend. f. 186a. f. 75a.

(33) ad corpus tunicam interulam tenuissimo textu, triplici licio, purpura duplici: ipse eam sibi solus domi texuerat. habebat cinctui balteum, quod genus pictura Babylonica miris coloribus uariegatum: nec in hac eum opera quisquam adiuuerat. habebat amictui pallium candidum, quod superne circumiecerat: id quoque pallium * op*erat*oris ipsius laborem fuisse. etiam pedum tegumenta [crepidas] sibimet compegerat, etiam anulum in laeua aureum faber||rimo signaculo quem ostendebat: (34) ipse eius anuli et orbiculum circulauerat et palam clauserat et gemmam insculpserat. nondum omnia eius commemoraui. enim non pigebit me commemorare, quod illum non puditum est ostentare, qui magno in coetu praedicauit, fabricatum semet (35) sibi ampullam quoque oleariam, quam gestabat, lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate, iuxtaque honestam strigileculam, recta fastigatione *cylaulae*, flexa tubulatione ligulae, ut et ipsa in manu capulo moraretur et sudor ex ea riuulo (36) laberetur. quis autem non laudauit hominem tam numerosa arte multiscium, totiugi scientia magnificum, tot utensilium peritia Daedalum? quin et ipse Hippian laudo, sed ingenii eius fecunditatem malo doctrinae quam supellectilis multiformi instrumento aemulari: fateorque me sellularias quidem artes minus callere|, uestem de f. 75b. textrina emere, baxeas istas de sutrina praestinare, enimuero anulum nec gestare, gemmam et aurum iuxta plumbum et lapillos nulli aestimare, strigilem et ampullam ceteraque balnei utensilia nundinis mercari. prorsum enim non eo infitias, nec ra-

cuti, id est, ut integro die beneficium ad me publicum perueniret? ceterum meminerant optimi magistratus et beniuolentissimi principes, mandatum sibi a uobis (75) quod uolebant. id ego *ni* scirem ac praedicarem, ingratus essem. quin etiam uniuerso ordini uestro pro amplissimis erga me meritis quantas maximas possum gratias ago atque habeo, qui me in illa curia honestissimis adclamationibus decorauere, in qua [curia] uel nominari tantummodo summus honor est. igitur, quod difficile factu erat quodque re uera *erat* arduum, non existimabatur: gratum esse populo, (76) placere ordini, probari magistratibus et principibus: id — prae*fi*scine dixerim — iam quodam modo mihi obtigit. quid igitur superest ad statuae meae honorem, nisi aeris pretium et artificis ministerium? quae mihi ne in mediocribus quidem ciuitatibus unquam defuere, ne ut Carthagini desint, ubi splendidissimus || ordo etiam f. 189b. de rebus maioribus iudicare potius solet quam computare. sed de hoc tum ego perfectius, cum uos effectius. quin etiam tibi, nobilitas senatorum, claritudo ciuium, dignitas amicorum, mox ad dedicationem statuae meae libro etiam conscripto ple- (77) nius gratias *agam* at*que* libro mandabo, uti per omnis prouincias eat totoque abhinc orbe totoque abhinc tempore laudes benefacti tui ubique gentium semper annorum repraesentet.

XVII

* * * uiderint, quibus mos est oggerere se*m*et otiosis praesidibus, ut inpatientia linguae commendationem ingenii quaerant et adfectata amicitiae uestrae specie glorientur. utrumque enim a me, Scipio Orfite, longe abest. nam et quantulumcunque ingenium meum iam pridem pro captu suo hominibus notius est, quam

1 idẽ Fφ, idest v || integro die] de integro *Brantius*, integrum dein *Lipsius* || 3 ni scirem *Colvius*: nescirem Fφv || ac] haud ς: nec *Vossius* || 4 ůro F *ut videtur*, n̊ φ, nostro v, uestro ς || pro *om.* Fφv: de *vir d.* || 5 ʰabeo F || acclamationibus φv || 6 curia *om.* φα, *supra scr.* φβ || 7 erat *addidi et post* arduum *interpunxi* || ñ F, non φV, nobis ς: omnino *Hildebrandius* || 8 probrari F || praefiscine *Colvius (cf. Plaut. Asinar. II 4, 84)*: praefascine Fφ, praefuscine v, praefusiue ς || 9 optigit φα, obtigit φβ || quod v || 11 ne ut] nedum *Stewechius* || Karthagini F, Cartagini φ || 12 sed de hoc — effectius] *verba corrupta?* || 15 agam atque *scripsi*: canacique F, canãciꝗ φ, canaciꝗ V: tenaciusque *Scaliger*, capaciusque *Pius*, cumulatiusque *vel* causatiusque *vir d.*, canacius gr. l. mand. *vel* plenius gr. canam itemque libro *Wowerus*, canam ociusque *Scioppius*, agam ociusque *Salmasius*, canam inque *Elmenhorstius*, canam itemque *vel* eique *vel* graecanico *vel* graecacius *Oudendorpius* || omnes φ ||

18 mox φα, mos φβ || oggerere Fa, hocgerere Fb || semet (odiosis) *Lipsius*: se et otiosis Fφ, se et ociosis v: [et] otiosis *Scriverius*, exotiosis *vel* exitiosis *Brantius*, nec otiosis *vel* negotiosis *Stewechius* || impotentia *Scioppius*, impudentia *Stewechius* || 19 affectata φv || 20 eius Fφv, enim ς ||

f. 189b. f. 77b. Ed. Oudend.

ut indigeat nouae commendationis, et gratiam tuam tuorumque similium malo quam iacto, magisque sum tantae amicitiae cupitor quam gloriator, quoniam cupere nemo nisi uere [putem] potest, potest autem quiuis falso gloriari. ad hoc ita semper ab ineunte aeuo bonas artes sedulo colui, eamque existimationem morum ac studiorum cum in prouincia nostra tum etiam Romae penes amicos tuos quaesisse me, tute ipse locupletissimus testis es, ut non minus uobis amicitia mea capessenda sit quam mihi uestra concupiscenda. quippe non prompte ueniam impertire rarenter (78) adeunti adsiduitatem eius requirentis est, summumque argumentum amoris frequentibus delectari, cessantibus obirasci, perseuerantem celebrare, desinentem desiderare, quoniam necesse est * * eiusdem esse, cuius angat absentia. ceterum uox f. 78a. cohibita silentio perpeti | non magis usui erit, quam nares grauedine oppletae, aures spiritu obseratae, oculi albugine obducti. quid si manus manicis restringantur? quid si pedes pedicis coartentur? iam rector nostri animus aut somno soluatur aut uino (79) mergatur aut morbo sepeliatur? profecto ut gladius usu splendescit, situ robiginat, ita uox in uagina silentii || condita diutino torpore hebetatur. desuetudo omnibus pigritiam, pigritia ueternum parit. tragoedi adeo ni cotidie proclament, claritudo arteriis obsolescit: igitur identidem boando purgant rauim. ceterum ipsius uocis hominis exercendi cassus labor superuacaneo studio plurifariam superatur, si quidem uoce hominis et tuba rudore toruior et lyra concentu uariatior et tibia questu delec- (80) tabilior et fistula susurru iucundior et bucina significatu longinquior. mitto dicere multorum animalium immeditatos sonores distinctis proprietatibus admirandos, ut est taurorum grauis mugitus, luporum acutus ululatus, elephantorum tristis barri-

1 tuorumque] tui ς || 3 putē Fφ V, putet ς: *delevit Contarenus* || 5 cum Fa φ v, tum Fb || 7 inconcupiscenda ς || impartire v || 8 adeunti *Becichemius*: adeundi Fφ v || assiduitatem φ v || eius Fa*(ut videtur)*φ v, q; Fb *in ras.*, eius (prius) Fc *in marg.* || 10 eiusdem Fa φ v, equidem Fb: *duo verba interciderunt*: eiusdem gratam esse praesentiam *Colvius*, aequiparem *Hildebrandius* || cuius] c; φ || 11 non magis ñ magis F *(ñ magis erasum)* || usui u erit *(u erasum)* F, usu iuerit φ v: usui fuerit *Colvius*, usu fuerit *Vossius*, usu iuuerit *vir d.*, silentii p. usu non magis ualet *Contarenus*, silentii p. usu non magis iuuerit *Oudendorpius* || 13 coarceantur *Brantius* || iam] *malim* quid si etiam || sompno φ || 14 rubiginat φ v || 15 silentiij φ || tempore *Scottus* || 16 tragoedi adeo ni cottidie F, traiedia deonicottidie φ, tragędi adeo ni cottidie V || 17 rauī Fa*(ut videtur)*, rauciū Fb *in ras.*, raūī φ, rauim v: rauum *Fulvius*, raucum *Hildebrandius* || uocis (e) F || 18 casus Fa φα v, cassus Fb φβ || superuacaneo *delet Oudendorpius* || studio] sonu *Oudendorpius* || 19 uocem v: uox *Scaliger*, uocis *Hildebrandius* || torbior Fφ || lira φ || tybia Fφ, tibya v || quęstu F*(ut videtur)* || 20 iocundior φ v || buccina v || 21 mutorum ς || immediatos ς || āmirandos φα, admirandos φβ || 22 elefantorum Fφ ||

Ed. Oudend. f. 189b. f. 78a.

tus, equorum hilaris hinnitus nec non auium instigati *c*langores nec non leonum indignati fremores ceteraeque id genus uoces animalium truces ac liquidae, quas infesta rabies uel propitia uoluptas ciant. pro quibus homini uox diuinitus data angustior quidem, sed maiorem habet utilitatem mentibus quam auribus delectationem. quo magis celebrari debet frequentius usurpata, et quidem non nisi in auditorio, tanto uiro praesidente, in hac excellenti celebritate multorum eruditorum, multorum benignorum. equidem etsi fidibus adprime callerem, non nisi confertos homines consectarer. in solitudine cantillauit

(81) Orpheus in siluis, inter delphinas Arion.

quippe si fides fabulis, Orpheus exilio desolatus, Arion nauigio praecipitatus, ille immanium bestiarum delenitor, hic misericordium beluarum oblectator, ambo miserrimi cantores, quia non sponte ad laudem, sed necessario ad salutem nitebantur. eos ego impensius admirarer, si hominibus potius quam bestiis placuissent. auibus haec secretaria, ut *ita* inquam, magis congruerint, merulis et (82) lusciniis et oloribus. et merulae in remotis tesquis fringultiunt, lusciniae in solitudine a*pr*ica canticum adulescentiae garriunt, olores apud auios fluuios carmen senectae meditantur. enimuero qui pueris et adulescentibus et senibus utile carmen prompturus est, in mediis milibus hominum canat, ita ut hoc meum de uirtu|tibus Orfiti carmen est, serum quidem fortasse, sed serium, nec | minus f. 190a. gratum quam utile Carthaginiensium pueris *et* iuuenibus et senibus, quos indulgentia sua praecipuus omnium proconsul subleuauit: temperatoque desiderio et moderato remedio dedit pueris saturitatem, iuuenibus hilaritatem, senibus securitatem. metuo quidem, Scipio, quoniam laudes tuas attigi, ne me inpraesentiarum refrene*t* uel tua (83) generosa modestia uel mea ingenua uerecundia. sed nequeo, quin ex plurimis, quae in te meritissimo admiramur, ex his plurimis quin uel paucissima attingam. uos ea mecum, ciues ab eo seruati, recognoscite.

9 Verg. ecl. VIII 56.

1 hylaris φ v || īnitus φ || clangores *Becichemius*: angores Fφ v: ouium instar angores *Vossius* || 3 propicia v || cient *Becichemius* || angustior Fφ v: *num* augustior *scribendum est?* || 5 usurpari *Stewechius* || in *om.* ς || 7 consecrarer ς: conuersarer *Brantius* || 8 cantilauit Fφ || 9 syluis v || Orion φ || 10 Orion φ || 12 trudebantur *vel* ludebant *Brantius* || 13 āmirarer φα, admirarer φβ || 14 secretaria Fb *in ras.* || ut inquam Fφ v: ut ita inquam *Wowerus*, utique *Brantius*, utrinque *Contarenus*, relinquant *Hildebrandius* || congruerint *om.* ς || 15 męrulę F || friguttiunt *vir d.* || 16 aprica *scripsi*: Africana Fφ v || adolescentie φ || Asios *Brantius* || 17 et *ante* adul. *om.* ς || adolescentibus φ v || 20 Cartaginensium φ || et *addidi* || iuuenibus] uiuentibus ς: iuuentuti *Brantius*, uigentibus *Vossius* || 21 omnium] hominum v || 22 hylaritatem φ v || 23 refrenet *Piccartius*: refrenes Fφ v || 25 mitissimo ς || attig(n)am F ||

f. 190a. f. 78a. Ed. Oudend.

XVIII Tanta multitudo ad audiendum conuenistis, ut potius gratulari Carthagini debeam, quod tam multos eruditionis amicos habet, quam excusare, quod philosophus non recusauerim dissertare. nam et pro amplitudine ciuitatis frequentia collecta et pro magnitudine frequentiae locus delectus est. praeterea in auditorio hoc genus spectari debet, non pauimenti marmoratio nec proscaenii contabulatio nec scaenae columnatio, sed nec culminum eminentia nec lacunarium refulgentia nec sedilium circumferentia, nec quod hic alias mimus halucinatur, comoedus sermocinatur, tragoedus uociferatur, funerepus periclitatur, praestigiator furatur, histrio gesticulatur ceterique omnes ludiones ostentant populo, quod cuiusque artis est: sed istis omni- (84) bus supersessis nihil amplius spectari debet, quam conuenientium ratio et dicentis oratio. quapropter, ut poetae solent hic ibidem uarias ciuitates substituere, ut ille tragicus, qui in theatro dici facit:

Liber, qui augusta haec loca Cithaeronis colis:

item ille comicus:

perparuam partem postulat Plautus loci
de uostris magnis atque amoenis moenibus,
Athenas quo sine architectis conferat:

non secus et mihi liceat nullam longinquam et trans marinam ciuitatem hic, sed (85) enim ipsius Carthaginis uel curiam uel bybliothecam substituere. igitur proinde

13 Tragic. lat. rell. p. 228 Ribb.
15—17 Plaut. Trucul. prol. u. 1—3. Priscian. II p. 421, 14 K.

APVLEI PLATONICI FLORIDOR̄ L̄ĪB̄ III · EXPL̄ĪC̄ · INC^{II}PT · IIII · F, APVLEI PLATONICI FLORIDOR̄ LIBER · III · EXPLIC INCIPIT · IIII · *add. φβ in spatio a φα relicto*, FLORIDORVM LIBER QVARTVS v

1 Karthagini FV, Cartagini φ || 2 habet quam] c haudquaquam φγ *in marg.* || 3 disertare F (s *erasum*) || 5 proscęnii FV, proscenii φ || scenae FφV || 6 columpnatio φ || lacunarum φ || 7 traiedus φ || 8 hystrio φ, hist*(una litera, fortasse* l, *erasa)*rio F || 10 nichil φ || spectari φ *ex corr. (ut videtur)* || debes Fa φα, debet Fb φβ || dicen*tis* φ *ex corr.* || 11 oratio ę φ || *verba* spectari — oratio *Hildebrandio corrupta esse videntur* || hic ibidem] alicubi dum *Sopingius* || 12 traticus V || facit] solet ς: dicere solet *Modius* || 13 angusta φ || Cithaeronis F, cithęronis V, ciceronis scolis φ || 14 comicus qui v || 15 per paruam Fφ, paruam v, quam paruam ς || partim FV, partē φ || 16 *in* F *utrum* uostris *an* uestris *sit, incertum*, ūris φ, nostris v || amęnis męnibus F, amenis menibus φ || 17 quo sine] quos in Fφv: quis sine *Scaliger* || conferam Fφv || quasi in arctis tectis c. *vel* quo is in a. t. conferat *Vossius* || 18 michi φ || 19 Karthaginis FV, Cartaginis φ || bybliothecam FV *(cf. apolog. p. 64, 28)*, bibliothecam φ || sustituere F (b) ||

Ed. Oudend. f. 190a. f. 78a.

habetote, si curia digna protulero, ut si in ipsa curia me audiatis: si erudita fuerint, ut si in bybliotheca legantur. quo utinam mihi pro amplitudine auditorii prolixa oratio || suppeteret ac non hic maxime clauderet, ubi me facundissimum cuperem! sed uerum uerbum est profecto, qui aiunt, nihil quicquam homini tam prosperum diuinitus datum, quin ei tamen admixtum sit aliquid difficultatis, ut etiam in amplissima quaque laetitia subsit quaepiam uel parua querimonia coniugatione quadam mellis et fellis: ubi uber, ibi tuber. id ego cum ante alias | tum f. 78b. etiam nunc inpraesentiarum usu experior. nam quanto uideor plura apud uos habere ad commendationem suffragia, tanto sum ad dicendum nimia reuerentia uestri (86) cunctatior, et qui penes extrarios saepe numero promptissime disceptaui, idem nunc penes meos haesito ac, mirum dictu, ipsis inlecebris deterreor et stimulis refrenor et incitamentis cohibeor. an non multa mihi apud uos adhortamina suppetunt, quod sum uobis nec lare alienus nec pueritia inuisitatus nec magistris peregrinus nec secta incognitus nec uoce inauditus nec libris inlectus improbatusue? ita mihi et patria in concilio Africae, id est uestro, et pueritia apud uos et magistri uos et secta, licet Athenis Atticis confirmata, tamen hic inchoata est, et uox mea utraque lingua iam uestris auribus ante proxumum sexennium probe cognita: quin et libri mei non alia ubique laude carius censentur, quam quod iudicio uestro comprobantur. haec tanta ac totiuga inuitamenta communia non minus uos ad audiendum prolectant, quam me ad audendum retardant, faciliusque laudes uestras alibi gentium quam apud uos praedicarim: ita apud suos cuique modestia obnoxia est, apud (87) extrarios autem ueritas libera. semper adeo et ubique uos quippe ut parentis ac primos magistros meos celebro mercedemque uobis rependo, non illam, quam Protagoras sophista pepigit nec accepit, sed quam Thales sapiens nec pepigit et accepit. uideo, quid postuletis: utramque narrabo.

2 bybliotheca F, bibliotheca φv || quod ς || 3 clauderetur ς || 4 cūperē F || qui] quod ς || nichil Fφ || 5 ei tamen] & tn̄ φ || 6 letitia Fφ || 7 ubi uber.bi Fa (i) *(ri Fb in ras.)*, tuber Fb *in ras.*, ubi uber ibituber φα *(r i φβ in ras.)* || in alias Fφv, ante alias ς || 8 nunc *delet Colvius* || 10 dissertaui *Wowerus* || 11 illecebris Fφ, inlecebris V || simultis Fφv, stimulis ς || 12 at v || 13 quod] qui ς || inusitatus ς || 15 confinio *Colvius* || id est uestro φv, idē ūro F, enimuero ς || 16 tamen] tn̄ φ || utrique FV, utraque φ: utique *vir d.*, utrimque *Hildebrandius* || 17 proximum φ || 18 clarius *Floridus* || 19 haec] h' F || cōia φ || 20 audendum *G. Vossius*: audiendum FφV, c dicendū φγ *in marg.*, dicendum ς || 21 suos *Stewechius*: uos Fφv || cuique] cumque *(i. e. quoquo modo, in uniuersum) Hildebrandius* || 22 ueritas ṣẹ φ || parentes φ || 23 que *om. φα, add. φβ* || īpēdo v || Protagora F, Protagoras φ *(s φβ addidisse videtur)*v || 25 utrumque *Salmasius* ||

f. 190 a. f. 78 b. Ed. Oudend.

Protagoras, qui sophista fuit longe multiscius et cum primis rhetoricae repertoribus perfacundus, Democriti physici ciuis aequaeuus — inde ei suppeditata doctrina est —: eum Protagoran aiunt cum suo sibi discipulo Euathlo mercedem nimis uberem f. 190 b. condicione temeraria || pepigisse, uti sibi tum demum id argenti daret, si primo tirocinio agendi penes iudices uicisset. igitur Euathlus postquam cuncta illa exorabula iudicantium et decipula aduersantium et artificia dicentium uersutus alioquin (88) et ingeniatus ad astutiam facile perdidicit, contentus scire quod concupierat coepit nolle quod pepigerat, sed callide nectendis moris frustrari magistrum diutuleque nec agere uelle nec reddere, usque dum Protagoras eum ad iudices prouocauit expositaque condicione, qua docendum receperat, anceps argumentum ambifariam proposuit. 'nam siue ego uicero', inquit, 'soluere mercedem debebis ut condemnatus, seu tu uiceris, nihilo minus | reddere debebis ut pactus, quippe qui hanc causam primam penes iudices uiceris. ita, si uincis, in condicionem incidisti: si uinceris, in dam- (89) nationem'. quid quaeris? ratio conclusa iudicibus acriter et inuincibiliter uidebatur: enimuero Euathlus, utpote tanti ueteratoris perfectissimus discipulus, biceps illud argumentum retorsit. nam 'si ita est', inquit, 'neutro modo quod petis debeo. aut enim uinco et iudicio dimittor, aut uincor et pacto absoluor, ex quo non debeo mercedem, si hanc primam causam fuero penes iudices uictus. ita me omni modo liberat, si uincor, condicio, si uinco, sententia'. nonne uobis uidentur haec sophistarum argumenta obuersa inuicem uice spinarum, quas uentus conuoluerit, inter se cohaerere, paribus utrinque aculeis, simili penetratione, mutuo uulnere? atque ideo merces (90) Protagorae tam aspera, tam senticosa uersutis et auaris relinquenda est: cui scilicet multo tanto praestat illa altera merces, quam Thalen memorant suasisse.

1 Protagora qui FV, Protagoras quidem φ: Pr. quidam *Wowerus* || in primis *Colvius* || rethoricae F, retorice φ, rheorice v || repertis ς: repertionibus *Hildebrandius* || 2 phisici Fφ || ciuis] socius ς || eq̄uus φ || unde *Stewechius* || 3 Euatlo Fφv || suberem F *ante rasuram*, uberem F *post rasuram* || 5 tyrocinio v *(etiam* F, *ut videtur)* || Euatl^t^us F, Euatlus φ || 6 dicibula *Colvius* || alioqui Fφα, alioquin φβ, alioq etj V || 7 et *om.* v || cupierat φ || cepit Fφ, caepit v || 8 nolle dare *Burmannus* || set φα, sed φβ || nectundis ς || diutileque ς || 9 agere uelle *Salmasius*: asereuelle FV, a se reuellere φ, asserere uelle ς: disserere uelle *vel* id se refellere *Oudendorpius*, a se refellere *Hildebrandius* || reddere] renuere *Stewechius* || prouocatum ς: prouocatus *Vossius* || 10 conditione φ || qua Fv, quā in φ: qua in *Wowerus*, qua eum *Vulcanius*, qua im *(i. e.* eum) *Brantius* || 11 uincero FV, uicero φ || condempnatus Fφ || 12 nichilhominus F, nihiclominus φ || *verba* ut condemnatus — pactus *om.* ς || q^p^pe F || primam caussam ς || 13 conditionem φ || & si φ || dampnationem φ || 18 hac prima causa φβ || 19 uinco — — uincor Fφαv, uincor — — uinco φβ || uidentur uobis φ || sophistatum FφαV, sophistarum φβ, sophismatum ς || 20 cohercere v, terere ς || 21 penetrationē φα, penetratione φβ || 22 sententiosa ς || 23 multo tanta Fφv, multo tanto ς || Thalem v ||

Ed. Oudend. 190 b. f. 78 b.

Thales Milesius ex septem illis sapientiae memoratis uiris facile praecipuus — enim geometricae penes Graios primus repertor et naturae rerum certissimus explorator et astrorum peritissimus contemplator — maximas res paruis lineis repperit: temporum ambitus, uentorum flatus, stellarum meatus, tonitruum sonora miracula, siderum obliqua curricula, solis annua reuerticula, item lunae uel nascentis incrementa uel senescentis dispendia uel delinquentis obstacula. idem sane iam procliui senectute diuinam rationem de sole commentus est, quam || equidem non didici modo, uerum etiam experiundo comprobaui, quotiens sol magnitudine sua circulum quem permeat metiatur. id a se recens inuentum Thales memoratur edocuisse Mandraytum Prienensem, qui noua et inopinata cognitione impendio delectatus optare iussit, quantam uellet mercedem sibi pro tanto documento rependi. 'satis', inquit, 'mihi fuerit mercedis, [Thales sapiens] si id quod a me didicisti, cum proferre ad quospiam (91) coeperis, tibi non adsciueris, sed eius inuenti me potius quam alium repertorem praedicaueris. pulchra merces prorsum ac tali uiro digna et perpetua: nam et in hodiernum ac dehinc semper Thali ea merces persoluetur ab omnibus nobis, qui eius caelestia studia uere cognouimus.

Hanc ego uobis mercedem, Carthaginienses, ubique gentium dependo pro disciplinis, quas in pueritia sum apud uos adeptus. ubique enim me uestrae ciuitatis alumnum fero, ubique uos omnimodis laudibus celebro, uestras disciplinas studiosius percolo, uestras opes gloriosius praedico, | uestros etiam deos religiosius ueneror. f. 79 a. nunc quoque igitur principium mihi apud uestras auris auspicatissimum ab Aesculapio deo capiam, qui arcem nostrae Carthaginis indubitabili numine propitius te*g*it. eius dei hymnum graeco et latino carmine uobis h*i*c canam iam illi a me dedicatum. sum enim non ignotus illi*us* *sa*cricola nec recens cultor nec ingratus antistes, ac iam

1 sapientia ς || praecipuus fuit ς || 2 geometriae φV || Gaios Fφα, Graios φβ || explorator F *ex corr.* || 3 astorum Fa, astrorum Fb || 5 siderum] fulgurum *vel* fulgetri *Oudendorpius* || item *Colvius*: idem Fφv || 6 deliquantis FφV, delinquentis *vel* deliquentis ς || obstiticula FφV, obstacula ς || 7 c̄motus φα, c̄mentus φβ || 8 experiendo φ || 9 Mandritum φ || 10 Priennensem Fφv || 12 Thales sapiens *seclusi*: inquit Th. s. *Floridus* || 13 cęperis F, ceperis φ, caeperis v || non *om.* Fφα, c^e^ non φγ *in marg.* || 14 praedicaris FφV, praedicaueris ς || pulc^r^ha F, pul*chra* φβ *in ras.* || 15 *in* F *utrum* dein *an* dein *sit, incertum*, deinde φ, dehinc v || Thaly F, Thal.. V || 16 celestia φ || recognouimus *Fulvius* || 17 Karthaginienses FV, Cartaginenses φ || 19 alumpnum φ || cęlebro F || 20 etiam *om.* φ || 21 et nunc v || aures φv || 22 uostrae *Oudendorpius* || Karthaginis FV, Cartaginis φ || tegit *scripsi*: strepit Fφv: repit *Lipsius*, regit *Groslotius*, respicit *Becichemius*, specit *(i. e.* conspicit) *Hildebrandius* || 23 hym̄ φV || hic canam *Scioppius*: hęc canam FV, heccanam φ, sic canam ς: heic canam *Scriverius*, occinam *Wowerus*, occanam *Oudendorpius* || iam *fortasse delendum* || 24 illius sacricola *Gulielmus*: illis agricola FφV, illius agricola ς: illi sacricola *Salmasius* ||

f. 190b. f. 79a. Ed. Oudend.

et prorsa et uorsa facundia ueneratus sum, ita ut etiam nunc hymnum eius utraque lingua canam, cui dialogum similiter graecum et latinum praetexui, in quo sermocin*an*tur Sa*b*idius Seuerus et Iulius Persius, uiri et inter se mutuo et uobis et (92) utilitatibus publicis merito amicissimi, doctrina et eloquentia et beniuolentia paribus: incertum, modestia quietiores an industria promptiores an honoribus clariores. quibus cum sit summa concordia, tamen haec sola aemulatio et in hoc unum certamen est, uter eorum magis Carthaginem diligat, atque summis medullitus uiribus contendunt ambo: uincitur neuter. eorum ego sermonem ratus et uobis auditu gratissimum *et* mihi composit*u* congruentem et dedicatu religiosum, in principio libri *f*acio quendam || ex his, qui mihi Athenis condidicerunt, percontari a Persio graece, quae ego (f. 191a.) pridie in templo Aesculapi disseruerim, paulatimque illis Seuerum adiungo, cui interim romanae linguae partes dedi. nam*que* Persius, quamuis et ipse optime possit, tamen hodie uobis atticissabit. * * *

XVIIII Asclepiades ille, inter praecipuos medicorum, si unum Hippocratem excipias, ceteris princeps, primus etiam uino repperit aegris opitulari, sed dando scilicet (93) in tempore: cuius rei obseruationem probe callebat, ut qui diligentissime animaduerteret uenarum pulsus inconditos uel prae*u*aros. is igitur cum forte in ciuitatem sese reciperet et rure suo suburbano rediret, aspexit in pomoeriis ciuitatis funus ingens locatum, plurimos homines ingenti multitudine, qui exequias uenerant, circumstare omnis tristissimos et obsoletissimos uestitu. propius accessit, ut i*ps*e cognosceret more ingenii, quisnam esset, quoniam percontanti nemo responderat: an uero (94) ut ipse aliquid in illo ex arte reprehenderet? certe quidem iacenti homini ac prope

2 sermocinantur *scripsi*: sermocinabantur Fφv, sermocinabuntur ς || 3 Sabidius *Scriverius*: Safidius Fφv || Perseus FφV, Persius ς || 4 puplicis φα, publicis φβ || pares *Becichemius* || 7 Karthagine FV, Cartaginē φ || 9 mihi composite congruentem et dedicatur religio summo in principio libri ratio Fφv: *emendavit Lipsius*: et dedicatu religiosum, pr. l. ratio quaedam ex his a me condidicere *Becichemius* || 10 michi φ || percunctari V || Perseo FφV, Persio ς || 11 Esculapii φ || 12 namque *scripsi*: nam & Fφv: nam id *Hildebrandius* || Perseus FφV, Persius ς || latine possit ς || 13 nobis ac uobis ς || atticissauit FφV, atticissabit ς ||

14 et si unum *Oudendorpius* || Hyppocratem φ || 15 opi*tu* (*corr.: fuerat* r)lari F, op. aegris reperit ς || 16 animaduerterat Fφv, animaduerteret ς: animaduertat *Becichemius* || 17 reconditos *Groslotius* || praeuaros *Scaliger*: praeclaros Fφv: praeceleres *Stewechius* || 19 collocatum *Brantius* || 20 omnes φ || obsoletissimo *Vossius* || ipse cognosceret *scripsi*: incognosceret Fφ, etiam incognosceret ς: ut inde c. *Groslotius*, utne (*i. e.* an ut) cogn. *Oudendorpius* || 21 ingenii humani ς || at uero ς || uenit *post* uero *addit Colvius* || 22 ipse uir ς || adseuerat ipse uiui aliquid in illo ex arte deprehendere *Brantius* ||

Ed. Oudend. f. 191a. f. 79a.

deposito fatum a*bs*tulit. iam miseri illius membra omnia aromatis perspersa, iam os ipsius unguine odore delibutum, iam eum pollinctum, iam cenae paratum con- (95) templatus, e*tiam* diligentissime quibusdam signis animaduersi*s*, etiam atque etiam pertrectauit corpus hominis et inuenit in illo uitam latentem. confestim exclamauit uiuere hominem: procul igitur faces abi|gerent, procul ignes amolirentur, rogum demolirentur, cenam feralem a tumulo ad mensam referrent. murmur interea exortum: partim medico credendum dicere, partim etiam inridere medicinam. postremo (96) propinquis etiam hominibus inuitis, quodne iam ipsi hereditatem a*u*ebant, an quod adhuc illi fidem non habebant, aegre tamen ac difficulter Asclepiades impetrauit breuem mortuo dilationem. atque ita uispillonum manibus extortum uelut ab inferis postliminio domum rettulit confestimque spiritum recreauit *et* confestim animam in corporis latibulis delitescentem quibusdam medicamentis prouocauit.

Sapientis uiri super mensam celebre dictum est: 'prima', inquit, 'cratera ad **XX** (97) sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad uoluptatem, quarta ad insaniam'. uerum enimuero Musarum || cratera uersa uice quanto crebrior quantoque meracior, tanto propior ad animi sanitatem. prima cratera litterator*i*s rud*itate* eximit, secunda grammatici doctrina instruit, tertia rhetoris eloquentia armat. hactenus a

13 Suid. s. u. οἶνος. L. Diog. I 8, 103.

deprehenderet *Wowerus*: [ut] — deprehenderat *Scriverius* || 1 abstulit *Wowerus*: attulit Fφv: uitam attulit *Fulvius* || aromate sparsa φ || 2 unguinis φ, sanguine ς || odoro ς || dilibutum F || pęnę F, pene φ, penè V, cenae ς || 3 etiam *scripsi*: enim Fφv, quam ς: eum *Scaliger*, est (diligentissime. quibusdam —) *Colvius*, cum *Oudendorpius* || animaduersis *scripsi*: animaduersit F, animaduertit φ, aĩaduersit v: animam aduertit *Schikeradius*, animum aduersit *vel* animum d. q. s. animaduersit *Hildebrandius* || et etiam *Oudendorpius* || 4 pertractauit φ || et *delet Oudendorpius* || 5 g (i supra) F, igitur φv, ergo ς || abiicerent *Stewechius* || *post* rogũ *in* F *rasura unius literae* || 6 fęralem F || 7 irridere v || 8 omnibus *Stewechius* || quodne iam] quod ne an *Stewechius*, quoniam *Wowerus* || auebant *Lipsius*: habebant Fv, habeant (b supra) φ || 10 exortum φα, extortum φβ || 11 *post* postliminio *in* F *parvula rasura* || retulit v || et *addidi* || confestimque ς || 12 delitiscentem F ||

13 creterra Fa, c(o supra)cratera Fc *in marg.*, craterra ς || 14 sęcunda F || hylaritatem φv || 15 creterra F, cretr̃a φα, cratr̃a φβ || 16 promptior φ || creterra F, cretr̃a φ || litteratoris ruditate *Colvius*: litteratores rua d. to F, litteratores ruato φ, litteratores .d. rua to V, litteratores ruato *vel* ruditatem ς: litteratoris rude *Brantius*, l. ruditu *Scaliger*: *fortasse* rudore (*cf. pag. 26, 19*) *vel* ruminatione *scribendum est* || exuit *Colvius* || 17 gramatici φ || instrauit FφV, instruit ς: doctrinam insinuat *Hildebrandius* || rhetores FV, rethores φ ||

plerisque potatur. ego et alias crateras Athenis bibi: poeticae commentam, geometricae limpidam, musicae dulcem, dialecticae austerulam, iam uero uniuersae philo- (98) sophiae inexplebilem scilicet *et* nectaream. canit enim Empedocles carmina, Plato dialogos, Socrates hymnos, Epicharmus modos, Xenophon historias, Xeno*phanes* satiras: Apuleius uester haec omnia nouemque Musas pari studio colit, maiore scilicet uoluntate quam facultate, eoque propensius fortasse laudandus est, quod omnibus bonis in rebus conatus in laude, effectus in casu est: ita ut contra in maleficiis etiam cogitata scelera, non perfecta adhuc uindicantur, cruenta mente, pura manu. ergo sicut ad poenam sufficit meditari punienda, sic et ad laudem satis est conari praedicanda. quae autem maior laus aut certior, quam Carthagini benedicere, ubi tota ciuitas eruditissimi estis, penes quos omnem disciplinam pueri discunt, iuuenes ostentant, senes docent? Carthago prouinciae nostrae magistra uenerabilis, Carthago Africae Musa caelestis, Carthago Camena togatorum.

XXI Habet interdum et necessaria festinatio honestas moras, saepe uti malis inter- (99) pellatam uoluntatem: quippe et illis, quibus curriculo confecta uia opus est, adeo uti praeoptent pendere equo quam carpento sedere propter molestias sarcinarum et pondera uehiculorum et moras orbium et salebras orbitarum: adde et lapidum glo- f. 79b. bos | et caudicum toros et camporum riuos et collium cliuos. hisce igitur moramentis omnibus qui uolunt deuitare ac uectorem sibimet equum deligunt diutinae (100) fortitudinis, uiuacis pernicitatis, id est, et ferre ualidum et ire rapidum,

1 creterras F, cratr̄as φ || cōm̃tam F, com̃tam φ, commentam v, commentum *vel* commentu ς: homectam *(i. e.* humectam) *Colvius*, conditam *Scioppius*, bammatam *Oudendorpius*, commixtam *Bosscha*, ommellitam *(i. e.* obmellitam) *Hildebrandius* || geometriae FφV, geometricae ς || 2 amarulam *vir d.* || enimuero ς || uniuersae *Colvius*: uniuersas FφV: uniuersa *Salmasius* || 3 inexplebiles — nectareas *Wowerus* || et *addidit Colvius* || enim φv, ·n· v || Enpedocles Fφ || 4 dyalogos F || Epycharmus F, Epicarmus φ || hystorias φ || Xenophanes *Casaubonus*: Xenocrates Fφ, Xeno Crates v || satyras Fv: sillos *Casaubonus (cf. Wachsmuth. sillograph. rell. p. 33)* || 5 noster v || 7 contra] circa ς || 8 iudicantur ς | 10 Karthagini F, Cartagini φ || 11 pene F || 12 Karthago F, Kartago φ || Karthago F, Cartago φ || 13 cęlestis F, celestis φ: coelestis Carthago *Colvius* || Karthago F, Cartago φ || Camoena ς ||

14 uti malis] ut in aliis *Colvius* || 16 aequo v || 18 thoros v || riuiços φ || 19 deuitari ς: obuiare *vel* deuiare *Floridus*, nolunt deuiari *vel* debitare *Stewechius*, nolunt diuexari *vel* deuexari *vel* deuiare *Brantius* || ac uictorem FφαV, c.uectorē (e *supra*) φγ *supra scr.*, aduectorem ς: atque uectorem *Colvius*, ad uecturam *Wowerus*, ad uectorem *Brantius* || diligunt v || 20 uiuacis Fφ, uiuacę V, uiuae ς || idem Fφv, id est ς: item *Colvius*, eundem *Dousa*, itidem *Oudendorpius* || ferrae v ||

qui campos collesque gradu perlabitur uno,

ut ait Lucilius: tamen cum eo equo per uiam concito peruolant, si quem interea conspicantur ex principalibus uiris nobilem hominem, bene consultum, bene || cogni- f. 191b. tum, quanquam oppido festinent, tamen honoris eius gratia cohibent cursum, re*le*- (101) *u*ant gradum, retardant equum et ilico in pedes desiliunt, fruticem, quem uerberando equo gestant, eam uirgam in laeuam manum transferunt, itaque expedita dextra adeunt ac salutant et, si diutule ille quippiam percontetur, ambulant diutule et fabulantur: denique quantumuis morae in officio libenter insumunt.

* * * Crates ille Diogenis sectator, qui ut lar familiaris apud homines aetatis **XXII** suae Athenis cultus est: nulla domus unquam clausa erat, nec erat patris familias tam absconditum secretum, quin eo tempestiue Crates interueniret, litium omnium et iurgiorum inter propinquos disceptator atque arbiter. quod Herculem olim poetae memorant monstra illa immania hominum ac ferarum uirtute subegisse orbemque (102) terrae purgasse, similiter aduersum iracundiam et inuidiam atque auaritiam atque libidinem ceteraque animi humani monstra et flagitia philosophus iste Hercules fuit. eas omnes pestes mentibus exegit, familias purgauit, malitiam perdomuit, seminudus et ipse et claua insignis, etiam Thebis oriundus, unde Herculem fuisse memoria extat. igitur, priusquam plane Crates factus, inter proceres Thebanos numeratus est: lectum genus, frequens famulitium, domus amplo ornata uestibulo: ipse bene uestitus, bene praediatus. post ubi intellegit nullum sibi in re familiari praesidium legatum, quo fretus aetatem agat, omnia fluxa infirmaque esse, quicquid sub caelo diuitiarum est, eas omnes ad bene uiuendum *ne*quicquam esse * * *.

1 Poet. lat. min. IIII pag. 13 Wernsd.

1 uno] imo *vel* immo ς: imos *vir d.* || 2 tamen] tum ς || eo *om.* φα, *add.* φβ || equo φ *ex corr.* || concitato φβ || 3 *in* φ *utrum & an* ex *sit, incertum* || 4 festinant ς || releuant *Becichemius*: reuelant Fφv: releniunt *Lipsius*, reuetant *vel* rebetant *Colvius*, relentant *Brantius*, resecant *vel* repetant *vel* reclinant *vir d.*, recellunt *Hildebrandius (coll. mett. VII 24)* || 6 lęuam F, leuam φv || 7 ac salutant] auscultant ς: ausculantur *(i. e.* osculantur) *Stewechius*, osculant *Hildebrandius* || diutile v || percertetur ς: perscitetur *Stewechius* ||

10 ei unquam v || 11 lisium φα, litium φβ || 12 poetā FφαV, poete φβ *in ras.*, poetae ς || 14 *post* purgasse *in* F *litera* s *erasa videtur* || aduersus φ || atque *ante* auaritiam *om.* ς || 18 urbanos φα, thebanos φβ || 19 famulicium φ || ornato v || 20 praeditus *Salmasius (Plin. exerc. p. 892)* || postibi *Bosscha* || intelligit φ, intellexit ς || famulari *vir d.* || 21 infimaque ς || celo Fφv || 22 nequicquam *Becichemius*: quicquam Fφv: non quicquam *Colvius*, non cicci *vel* ciccum *vel* cicum *Brantius* || *lacunam significavi: Floridus et Oudendorpius cum hoc florido coniungunt floridum XXIII, alii floridum XIIII* ||

XXIIII Sicuti nauem bonam, fabre factam, bene intrinsecus compactam, extrinsecus eleganter depictam, mobili clauo, firmis rudentibus, procero malo, insigni carchesio, splendentibus uelis, postremo omnibus armamentis idoneis ad usum et honestis ad contemplationem: eam nauem si aut gubernator non agat aut tempestas agat, ut facile cum illis || egregiis instrumentis aut profunda hauserint aut scopuli comminuerint! (103) sed et | medici cum intrauerint ad aegrum, uti uisant, nemo eorum, quod tabulina perpulchra in aedibus cernant et lacunaria auro oblita et gregatim pueros ac iuuenes eximia forma in cubiculo circa lectum stantis, aegrum iubet, uti sit animo bono, sed, ubi iuxtim consedit, manum hominis prehendit, eam pertractat, uenarum pulsum et momenta captat: si quid illic turbatum atque inconditum offendit, illi renuntiat, male morbo haberi. diues ille cibo interdicitur: ea die in sua sibi copiosa domo panem non accipit, cum interea totum eius seruitium hilares sunt atque epulantur, nec in ea re quicquam efficit condicione.

1 et extrinsecus v || 2 clauo] ca...o V || 4 eam autem nauem *Stewechius* aut *ante* gubernator *delens* || tempestas agat φ || ut] uic φβ *ex corr.*: ne *Lipsius* || 6 nemorum φ || 7 perpulcra φ || 8 stantes v || 9 manuū φα, manū φβ || 10 si] et *supra add.* φβ || illic] ille *Scriverius* || renunciat v || 12 hylares φv: hilarescunt *Colvius* || sint φβ || epulentur φβ || 13 officit *Gruterus* || conditione φ: conditio *Floridus*, conditioni *Gruterus* ||

Subscriptio deest in FφV: *in calce codicis* φ *extat* F. Aretin.

INDEX NOMINVM

Schulnachrichten

von Michaelis 1864 bis dahin 1865.

I. Uebersicht des Lehrplans.

A. Uebersicht der im Winterhalbjahr 1864–65 absolvirten Pensa.

Oberprima. Ordinarius Hr. Prof. Dr. Kirchhoff.

Religion: Glaubenslehre 1. Theil. Die Reiche Israel und Juda. Wiederholungen früherer Pensa. 2 St. Hr. Hollenberg. — Deutsch: Litteraturgeschichte des 16. und 17. Jahrhunderts. Vorträge. Aufsätze. 2 St. Hr. Kirchhoff. — Philosophische Propaedeutik: Elemente der Psychologie. 1 St. Hr. Hollenberg. — Latein: Cic. p. Sestio. Aufsätze, Extemporalien und Sprechübungen. 6 St. Der Director. Hor. carm. III, 24-IV. 2 St. Hr. Seyffert. — Griechisch: Demosth. or. phil. II. III. de reb. Chers. Extemporalien. 4 St. Hr. Kirchhoff. Soph. Antig. Hom. Ilias Hr. Seyffert. — Französisch: Cuvier Eloges historiques. Repetitionen. Extemporalien und Exercitien. 2 St. Hr. Planer. — Geschichte: Römische Geschichte. 3 St. Hr. Dondorff. — Mathematik: Wiederholungen aus der Arithmetik und Algebra, allgemeine Sätze über Gleichungen und deren Wurzeln. Anwendungen der Algebra auf Geometrie. Vermischte Aufgaben. 4 St. Hr. Rühle. — Physik: Magnetismus, Electricität, Electromagnetismus. 2 St. Hr. Rühle. — Hebräisch: Wiederholung der Grammatik. Uebersetzen aus dem Hebräischen Schulbuch. Genesis 17 ff. 2 St. Hr. Hollenberg.

Unterprima. Ordinarius Hr. Prof. Dr. Seyffert.

Religion: Kirchengeschichte 1. Thl. Die Apostelgeschichte cursorisch. Wiederholung von Kirchenliedern. 2 St. Hr. Hollenberg. — Deutsch: Aufsätze und Vorträge. Aus der althochdeutschen Litteratur und Sprache. Lectüre aus Schiller und Lessing. 3 St. Hr. Hollenberg. — Latein: Cic. epist. nach der Auswahl von Hofmann. Exercitien. Extemporalien. Aufsätze. 6 St. Hr. Seyffert. Hor. carm. III, 25-30. IV. 2 St. Hr. Jacobs. — Griechisch: Thucyd. I. Extemporalien. 4 St. Hr. Seyffert. Hom. Ilias I ff. 2 St. Hr. Kirchhoff. — Französisch: Ségur hist. d. Napoléon liv. X. XI. Extemporalien. Exercitien. Repetitionen. 2 St. Hr. Planer. — Geschichte: Neuere Geschichte bis 1648. 3 St. Hr. Dondorff. — Mathematik: 2. Thl. der Stereometrie. 2 St. Wiederholungen aus der Arithmetik, Combinationen, binom. Lehrsatz, Gleichungen mit mehreren Unbekannten. 2 St. Hr. Rühle. — Physik: Wärme, Schall. 2 St. Hr. Rühle. — Hebräisch: comb. mit Oberprima. 2 St. Hr. Hollenberg.

Obersecunda. Ordinarius Hr. Prof. Jacobs.

Religion: Das Reich Gottes im A. B. mit einer Einleitung. Kirchenlieder. 2 St. Hr. Hollenberg. — Deutsch: Aufsätze, Vorträge, Lectüre von Schillers

Schulnachrichten

von Michaelis 1864 bis dahin 1865.

I. Uebersicht des Lehrplans.

A. Uebersicht der im Winterhalbjahr 1864–65 absolvirten Pensa.

Oberprima. Ordinarius Hr. Prof. Dr. Kirchhoff.

Religion: Glaubenslehre 1. Theil. Die Reiche Israel und Juda. Wiederholungen früherer Pensa. 2 St. Hr. Hollenberg. — Deutsch: Litteraturgeschichte des 16. und 17. Jahrhunderts. Vorträge. Aufsätze. 2 St. Hr. Kirchhoff. — Philosophische Propaedeutik: Elemente der Psychologie. 1 St. Hr. Hollenberg. — Latein: Cic. p. Sestio. Aufsätze, Extemporalien und Sprechübungen. 6 St. Der Director. Hor. carm. III, 24-IV. 2 St. Hr. Seyffert. — Griechisch: Demosth. or. phil. II. III. de reb. Chers. Extemporalien. 4 St. Hr. Kirchhoff. Soph. Antig. Hom. Ilias Hr. Seyffert. — Französisch: Cuvier Eloges historiques. Repetitionen. Extemporalien und Exercitien. 2 St. Hr. Planer. — Geschichte: Römische Geschichte. 3 St. Hr. Dondorff. — Mathematik: Wiederholungen aus der Arithmetik und Algebra, allgemeine Sätze über Gleichungen und deren Wurzeln. Anwendungen der Algebra auf Geometrie. Vermischte Aufgaben. 4 St. Hr. Rühle. — Physik: Magnetismus, Electricität, Electromagnetismus. 2 St. Hr. Rühle. — Hebräisch: Wiederholung der Grammatik. Uebersetzen aus dem Hebräischen Schulbuch. Genesis 17 ff. 2 St. Hr. Hollenberg.

Unterprima. Ordinarius Hr. Prof. Dr. Seyffert.

Religion: Kirchengeschichte 1. Thl. Die Apostelgeschichte cursorisch. Wiederholung von Kirchenliedern. 2 St. Hr. Hollenberg. — Deutsch: Aufsätze und Vorträge. Aus der althochdeutschen Litteratur und Sprache. Lectüre aus Schiller und Lessing. 3 St. Hr. Hollenberg. — Latein: Cic. epist. nach der Auswahl von Hofmann. Exercitien. Extemporalien. Aufsätze. 6 St. Hr. Seyffert. Hor. carm. III, 25-30. IV. 2 St. Hr. Jacobs. — Griechisch: Thucyd. I. Extemporalien. 4 St. Hr. Seyffert. Hom. Ilias I ff. 2 St Hr. Kirchhoff. — Französisch: Ségur hist. d. Napoléon liv. X. XI. Extemporalien. Exercitien. Repetitionen. 2 St. Hr. Planer. — Geschichte: Neuere Geschichte bis 1648. 3 St. Hr. Dondorff. — Mathematik: 2. Thl. der Stereometrie. 2 St. Wiederholungen aus der Arithmetik, Combinationen, binom. Lehrsatz, Gleichungen mit mehreren Unbekannten. 2 St. Hr. Rühle. — Physik: Wärme, Schall. 2 St. Hr. Rühle. — Hebräisch: comb. mit Oberprima. 2 St. Hr. Hollenberg.

Obersecunda. Ordinarius Hr. Prof. Jacobs.

Religion: Das Reich Gottes im A. B. mit einer Einleitung. Kirchenlieder. 2 St. Hr. Hollenberg. — Deutsch: Aufsätze, Vorträge, Lectüre von Schillers